Sigismundus Deigratia Rex polonie Magnusdux Lituanie Necnon terrarum Craco
uie sandomirie siradie Cuiauie lancicie Culmen Elbingen Russie prussie pomeranieqz etc dus et heres Manifestum facimus tenore presentium litterarum vniuersis et singulis tam
presentibus qm futuris Quia cum diuina preordinante clementia solium Regie mtis conscendimus dignum est vt tempore felicis regiminis nostri fideles nostros sobleuemus et eos in
libertatibus prerogatiuis et iuribus illis per serenissimos Reges polonie concessis in robore suo conseruemus Inde est qp supplicationibus fidelium nostrorum preconsulis et Consulum
tociusqz comunitatis famate Ciuitatis nostre Byecz benigniter annuentes litteras infrascriptas diue memorie Cazimiri Regis polonie patris nostri amantissimi quibus a solucione the
loneorum ipi Ciues Byecen fuerunt ad beneplacitum Regium exempti, innouare, approbare, et confirmare viresqz perpetue firmitatis adycere de speciali gratia nostra Regia qua di
ctam Ciuitatem complectimur duximus, Ex ea potissimum causa qp circa infrascriptum priuilegium sic vt premittitur eis concessum casu quodam sigillum abruptum est Cuius tenor sequitur
et est talis, Casimirus deigratia Rex polonie Magnusdux Lituanie Russie prussieqz dus et heres etc Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Quomodo conside
rantes ciuitatem nostram Byecz in cometaneis finibus regni nostri fore situatam et subsistenciam ciuium et incolarum eiusdem qua continuis frequentant vigilys et excubys presertim Itame
attenden diligenciam laboris quem dicti ciues et incole singulis annis faciunt; Vt autem ipi ciues et incole ampliori conatu ad continuandum huius muri reformationem poterint aspi
rare et aucto fidelitatis studio nobis fidelia obsequia in posterum valeant exhibere Omnes et singulos ciues et incolas ciuitatis dicte ex speciali munificentia et liberalitate nostre re
gie maiestatis ab omnibus solucionibus et exactionibus theloneorum per et infra totum Regnum nostrum vbilibet exigendis absoluimus et liberamus et vigore presentium liberos exemptos
et absolutos facimus ipis liberam proficiscendi et negociandum cum eorum rebus mercantys per totum regnum nostru conceden facultatem Quocirca mandamus omnibus et singulis the
lonatoribus alysqz omnibus officialibus qui presentibus fuerint requisiti omnino habere volentes quatinus predictos Ciues et incolas cum rebus iporum et mercibus cuiuscumqz generis et ma
nerici extiterint nulla racione molestare et impedire presumatis tociens quociens proficisci eos et ire contigerit ipos circa huiusmodi libertatem conseruan inuiolabiliter et sine quauis so
lucione theloneorum et quouis impedimento ipos libere secure et pacifice ire permitatis et permitti faciatis premissa ad nostre voluntatis beneplacitum duntaxat duratura In cuius rei —
testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum datum in Conuencione generali Noue ciuitatis Corczyn feria quinta post festum sancte Lucie Anno domini Millesimoquadrin
gentesimosexagesimoprimo Relatio Reueren pris dm Joannis de Brzeszye Iurisutriusqz doctoris ecclesie Cracouien electi et Regni polonie Vicecancellary. Ac solite igitur
benignitatis nostre clementia et de consiliariorum nrorum cosilio suprascriptas lras non suspectas probas et omni vicio caren excepto qp sic vt premissum est casu quodam sigillum earum
fuit abstractum quod tamen saluum sanum et integrum vidimus et palpauimus in omnibus earum punctis clausulis et articulis de verbo ad verbum innouamus confirma[…]
et approbamus particulamqz illam in suprascriptis lris expressam videlicet ad beneplacitum nostre voluntatis in perpetuitatem transferimus et commutamus de[…]
statuen illas vim debite perpetueqz firmitatis obtinere tenore pntium mediante theloneo nouo duntaxat excepto et [illegible] permanente Quapropter vniuersis[…]
dignitarys officialibus thelonatoribus ac eorum factoribus et substitutis his lris committimus et mandamus quatinus prenominatos Ciue[…]
soluendis theloneis omnino conseruetis et conseruare curetis sub graui indignatione nostra secus facere non ausuri, quorum in[…]
pensum Actum et datum Cracouie in Conuentione generali feria quinta ante dominicam Reminiscere pro[…]
anno duodecimo; pntibus ibidem Reueredissis et Reueren in chro pribus dnis Joanne de La[…]
Archiepis Joanne de Conari Cracouien Matia de drzewycza Wladislawien Erasmo ploc[…]
generosis et venerabilibus Spytcone de Jaroslaw Castellano Cristophoro de Schydlowyecz[…]
Nicolao de dambrowycza sandomirien et Regni nostri exercituum Capitaneo generali […]
nen Otta de Chodecz Russie Martino de Camyenyecz podolie palatinis Nicolao d[…]
Georgio krupsky de Orchow Leopolien Castellanis Stano de Chodecz Leopolien et Ma[…]
nen Cracouien lanticien ecclarum Stanislao goreczky Calissien preposito et Cu[…]
dignitarys officialibus curiensibus nris ad pmissa testibus fidedignis sinc[…]
ac Regni polonie Cancellary sincere nobis dilecti

Cristoforus de S. pat. et c.
Crat. ar. R. p. Canc. [illegible]

Libertas a solvendo theolonio

Crac. XVIJ Marcij

Cazimiri Iagelonis — libert.

A S. Regiam Mtem

Privilegium libertatis de non solvendo thelo[neo]

A. N. 56.

Anno vero 1461

Regis Casimiri ad ...

Sigismundi vero ad ...

Brzg